

temporalia eorumque liberam dispositionem à se abdicavit; partim ob vorum obedientiam, quò libertatem & proprium arbitrium Superioris imperio subiecit. Confer tractat. I. de Pers. Eccl. p. 1. cap. 3. à n. 236.

177 An autem hujusmodi Contractus vel Pactum, à Religioso sine consensu Superioris initum, non tantum non producat obligationem civilem, prout nemo dubitat, sed etiam obligationem naturalem non pariat? Disputatur. Lessius de *J. & J. lib. 2. cap. 4. num. 90.* quem proximo vestigio sequi videtur P. Pettichacher de *Contrat. in Comon. q. 3. artic. 1. n. 352.* obligationem naturalem ad-

178 mittit. Panormit. ad cap. ex *rescripto de Fidei. num. 1.* Wading de *Contrat. cit. disp. 2. dub. 2. §. 2. n. 4.* Magnif. D. P. König ad *tit. de Pact. n. 27.* Clariff. P. Schmalzgrueber *ibid. num. 9.* ne quidem obligationem naturalem admittunt. Ratio, quò posterior hoc placitum fulcitur, desinitur tam ex paritate cum filiisfamilias, quam ex impossibilitate naturalis obligationis: eò quòd impleri non possit absque peccato, quatenus Religiosus, citra paupertatis violationem, non potest autoritate propria rem aliquam temporalem in creditorem transferre, suoque debito satisfacere.

179 Cum verò prior sententia nihil aliud sub obligatione naturali intelligat, nisi quòd Religiosus teneatur, quantum est ex se, ratificationem Superioris procurare, & antequam ratificatio negetur, à contractu rescire non possit: non possum in eodem sensu naturalem obligationem negare.

180 Dixi I. *circas temporales.* Nam obligationem spirituales, v. g. legendi sacrum in gratiam alterius, potest Religiosus, sine speciali licentia, contrahere, teneturque satisfacere, quàm diu Prælatus eam obligationem non facit irritam. Magnif. P. König d. l. quia

dominium & dispositionem rerum spirituum per votum paupertatis non dimittit ex *tract. de Jure Propriet. cap. 2. n. 215.* Imò 181 laud. P. Schmalzgrueber cum P. Wiefner ad *tit. de Pact. n. 37.* quamlibet aliam obligationem, ex se non inhonestam, v. g. ad operas liberales, picturam, compositionem literariam aut musicam &c. concedunt, eamque, donec irritetur à Superiore, validam agnoscunt: eò quòd nulla Lex resistit.

Dixi II. *sine expressa vel tacita licentia sui Superioris.* De expressa expeditum est, & naturalem & civilem obligationem contrahi, si concurrat: cum idem sit, ac si Superior ipsemet contraxisset per cap. quòd quibusdam 4. de *Fidei. infur.* De tacita constat idiplum 183 ex eo: quia non solum ex generali regula vis eadem est taciti & expressi, sed etiam quia in specie tacita patris licentia iuxta l. si canum 1. §. de *Sco Macedon. l. quam tuberanus 7. §. 1. in fin. l. qui peculii 46. ff. de Pecul. sufficit ad Contractum filifamilias, quem inter & Religiosum non parva intercedit similitudo. Ta-*

184 citam verò licentiam habet Religiosus, cui vel peculium aliquod in genere ad usus honestos, vel administratio, vel officium conceditur; aut, qui extra Monasterium in beneficio, vel studijs versatur: neque enim tunc semper expedit, nec semper commodum aut possibile est, expressam ac specialem licentiam requirere; dummodò Religiosus rationabiliter contrahat, spectata qualitate personæ, negotij, & circumstantiarum. Wading. *cit. dub. 2. §. 2. n. 3.*

Qualem contrahendi disponendivè pote- 185 statem circa res & bona Monasterij & Ecclesiarum habeant Prælati, tam Regulares quam Sæculares, ex professo discussum est in *cit. tr. de Pers. Reb. & Fur. theol. p. 2. cap. 4. §. 2. & 3. per tot.*

§. V.

Quenam alia persona pacificè vel contrahere prohibeantur?

186 V. Prohibetur contrahere vel pacificè ser-
vo, in quem Jure Civili, quò nullius est considerationis l. quòd assinet 32. ff. de *R. J. nulla cadit civilis obligatio l. in personam 22. in pr. ff. eod. licet obligatio naturalis, activa & passiva, non sit incapax l. servi 14. ff. de O. & A.*

187 VI. prohibetur contrahere vel pacificè surdus & mutus simul, si negotium sit tale, quòd loquelam aut auditum desiderat, quale est stipulatio l. obligationes 1. §. 14. & 15. ff. de O. & A. vel si consensum internum aliàs quodam signò nequeat sufficienter exprimere arg. cap. cum apud 23. de *Sponsal. l. in quibuscumque 48. ff. d. 1.* Clariff. P. Schmalzgrueber ad 188 *tit. de Pact. n. 8.*

Quòd si negotium sit tale, quòd consensum solummodò presump- tum aut fictum exigit, potest à surdo & mutuo peragi l. item quia 4. §. 1. ff. de *Pact. Brunem. ib. n. 3. & 4.*

VII. prohibetur pacificè vel contrahere 189 prodigus. non ethice seu moraliter, sed juridicè sic dictus, cui scilicet, ob excessum in erogando & defectum in conservando, bonorum administratio fuit à Magistratu interdicta l. is cui 6. ff. de *V. O.* in qua, cum absolute dicitur 190 tur, quòd prodigus non possit obligari, & idèd nec fideiussor pro eo possit intervenire, luculenter innuitur, ne quidem obligationem naturalem ex Contractu vel Pacto prodigi subnasci. Havnold. *cit. tract. 8. n. 186.* Pettichacher de *Contrat. in genere d. q. 3. art. 7. n. 514.* Gletle de *Pact. cap. 4. §. 2. n. 27.*

Nec contradicit l. Marcellus 25. ff. de *Fidei- 191 iussor.* ubi supponitur, eum, qui fideiubet pro prodigo, obligari. Nam reponitio facilis est, quòd obligetur in sui præjudicium, sine licentia regressus contra prodigum instituendi, sicuti hdejussor, qui pro pupillo vel furioso intercedit. Unde, sicut in pupillo à n. 158. 192 admittit.

admissus obligationem naturalem fictam, quò non ipse, sed tertius & in specie fideiussor evadat obligatus: ita similem obligationem admittere possumus in prodigo, ut fingatur

esse obligatus in præjudicium fideiussoris, qui, si sciverit qualitatem & conditionem prodigi, obligatur solus & privativè, nec, si soliverit, ullum adversus prodigum habet regressum.

SECTIO IV.

De Materia seu Objecto Pactorum & Contractuum.

SUMMARIUM.

193. & seqq. Traditur, & explanatur regula de rebus, que possunt in Pactum vel Contractum venire. 198. Quada limitatio circa res sacras. 199. Spes etiam ad objectum Pacti reducitur. 200. Res quaedam specialiter prohibentur in Pactum deduci. 201. & seqq. Enumerantur res illa. 208. & seqq. Attigitur Pactum de hereditate viventis, quatenus est prohibitu. 211. & seq. Idem Pactum explicatur, quatenus est licitu. 213. Subjicitur hodierna con-

suetudo. 214. & seqq. Factum impossibile, etiam moraliter, non venit in Pactum. 218. Post factum illicitum pecunia promissa rectè petitur. 219. Factum alienum in utiliter promittitur. 220. Nisi proprium simul annettatur. 221. Varia sententia circa præstationem interesse, quando factum est in obligatione. 222. & seqq. Assumitur sententia, que factum præcisè vult præbari. 225. & seqq. Solvitur objectio.

§. I.

Quenam res possunt in Pactum vel Contractum deduci?

193 Materiam seu objectum Pacti vel Contractus constituunt res & facta. De factis in §. 4. & 5. De rebus in hoc & 2. seqq. §§. discurrendò, sciendum est, de solis rebus, que existunt, aut exitura sperantur, aut humano commercio sunt obnoxia, aut aliquam certitudinem habent, Pactum vel Contractum celebrari posse. Nam, si res non existat, nec exitura speretur, frustra promittitur: quia illius præstatio sit impossibilis, adeò que sub obligationem non cadit cap. nemo 6. de 194 *R. J. in 6.* Sin exitura speretur, nihil impedit, quò minus in Pactum aut Contractum deducatur per l. nec emptio 8. in pr. ff. de *Contrab. empt. l. interdum 73. in pr. ff. de V. O.* cum enim præstari valeat, obligationem non 195 dedignatur. Si res existat quidem, aut exiltere possit, nec tamen obnoxia sit humano commercio, ut v. g. est res sacra & religiosa, cum præstationem effugiat, effugit etiam obligationem l. obligationes 1. in pr. ff. de O. & A.

197 Si denique res nullam habeat certitudinem, velut si promittatur non tantum genus

generalissimum v. g. ens; aut genus subalternum, v. g. animal; sed etiam si promittatur quantitas sine determinatione numeri, ponderis, aut mensuræ, promissio est inutilis l. cum post 69. §. 4. ff. de *Jure dot. l. ubi autem 75. in pr. & seqq. l. rituum 94. l. ita stipulatus 115. in pr. ff. de F. O.*

Verum, sicuti circa res sacras & religiosas 198 in tract. l. de *Pers. Reb. & Fur. Eccl. p. 2. cap. 1. num. 19. & num. 37.* advertimus, eas vel tantum commercio laicorum exemptas esse; vel illos solummodò Contractus, per quos ad usus profanos deputantur, aut propter intervntum rei temporalis dehonorantur, respicere: pariformiter hoc ipsum denuò repetendum est.

Si quæras: possintne spes in Pactum vel 199 Contractum venire? Resp. quòd possit. Textus in d. l. nec emptio 8. §. 1. ff. de *Contrab. empt. l. nam hoc 11. ff. de Hered. vel act. vend. l. si factum 12. ff. de Ad. empti l. conditionis 1. Cod. de *Pact. l. spes futura 3. Cod. de Donat.**

§. II.

Quanam res specialiter prohibeantur in Contractum vel Pactum deduci?

200 Res quaedam, tametsi qualitates habeant, mox recensitas, nihilominus prohibentur in Contractum vel Pactum deduci, eò quòd invitent ad delinquendum, aut civilem aliquam turpitudinem contineant. Talis est l. quora litis seu certapars summæ vel lucri, super quo controversitur in judicio: hæc enim à cliente nequit Advocato promitti, ob periculum, ne lis contra fas & æquum protelatur; nec non ob suspicionem concussionis, quòd cliens metu perendæ litis adigitur ad paciscendum l. sumptus 53. ff. de *Pact. l. salarium 7. ff. Mandati l. si quis 5. l. quisquis 6. §. 7. Cod. de *Posul.* Vide in *Lib. II. tr. de Judic. cap. 2. 202 in. 243.* Talis est II. palmarium, seu do-*

num aliquod extraordinarium, quod cliens Advocato suo in eventum victoriæ promittere non potest per textum in l. præses 1. §. 12. ff. de *Extr. ar. d. cognit. nam & hic intervenit idem periculum eademque suspicio, quæ in quoralit. Vid. cit. tract. num. 247.* Talis est 203 III. salarium, honorarium, vel res alia, quam durante morbo ægrotus Medico in validè pollicetur l. si Medicus 3. ff. d. t. l. archiatri 9. Cod. de *Professor. & Medic. quia timendum est, ne promissio extorqueatur ab invito, & coactè quid promittat ægrotus, quòd sanus non fecisset. Gletle de *Pact. cap. 5. n. 6.* Talis est 204 IV. beneficium Ecclesiasticum, super quo nec licet pacificè quoad successionem post mortem H h h h 2 benefici.*

beneficiati cap. accepimus 5. de Pact. nec quoad successum in vivis, mediante resignatione per cap. cum pridem 4. d. 1. quoniam universim omnis pactio circa beneficia, praesertim ubi agit de successione, tanquam inimica SS. Canonibus, reprobat cap. ult. eod. tit. cap. ex transmissa 7. de Filiis Presb. cap. Episcopo 3. & 209 plur. seqq. VIII. q. 1. Talis est V. pensio annua, vel augmentum pensionis antiquae, cum cuius pensionis siquis in Ecclesia instituitur, institutio est nulla cap. cum Clerici 6. d. 1. Ta-

lis est VI. sepultura Ecclesiastica, ad quam, in 206 suis Ecclesiae promittendam, si Regulares inducant Laicos, promissio non tenet, sed, ea non obstante, Laici in loco alias consueti sepeliendi sunt cap. animarum 1. de Sepult. in 6. Talis est VII. solutio decimarum, quae non 207 potest apposita pacto reservari Clericis aut Religiosis non-Parochis, qui domos aut fundos aliis feudi vel locationis titulo concedunt, ob praedictum Ecclesiae Parochialis cap. plerique 7. de Pact.

§. III.

An & quomodo valeat Pactum de hereditate viventis?

208 **R**Ebus, in Pactum vel Contractum deduci prohibitis, accensetur hereditas, non quidem hominis desumti (hanc enim licite vendi, demonstrant tituli in ff. & Cod. de Hered. vel. aut. vend.) sed viventis; partim ob spem improbam & votum captanda mortis; partim ob restrictionem & circumscriptio-nem liberae facultatis testandi l. ult. Cod. de Pact. Latè Prenob. & Clariff. D. Collega Franciscus Ignatius de Wolleren in Quaes. se- lect. Salisb. q. 3. an. 8. 209 Haecque prohibitio extendi debet I. ad Pacta, tum unilateralia, quibus uni tantum ex paciscentibus jus hereditariae successio-nis quaeritur; tum bilateralia, quibus jus mu-tuum succedendi utrinque inducitur l. par-tium 15. l. si hereditas 18. Cod. d. 1. l. ex eo 4. Cod. de Instil. stipulat. Vinn. de Pact. cap. 19. num. 2. 210 Extendi debet II. ad Pacta tam affirmativa, quibus facultas succedendi reservatur; quam negativa, quibus iuri successio-nis renuntiat. Exult. ff. de Suis & legit. hered. l. pactum 3. Cod. de Collat. non quidem ob rationes, mox datas, sed quia timendum erat, ne, qui futurae suc-cessio-nis spem abdicavit, sensim etiam affec-tum & amorem, quem habuit erga alterum,

cuius hereditatem sperare poterat, amittat. Gletle 1. p. pand. q. 24. n. 5. Aliud est I. si Pactum in eadem de hereditate 211 te ejusdem hominis incerti; nam tale Pactum, cum iniuri valeat inter focios l. ea vero 3. §. 2. ff. Pro socio; nec adverteretur bonis moribus, aut facultatem testandi diminuat, ex nullo capite videtur improbandum. Vinnius cir. cap. 19. n. 7. Gletle d. q. n. 3. Aliud est II. 212 si Pactum quidem in eadem de hereditate alio-cujus tertii determinati, praehabito tamen, illius assensu cit. l. ult. Cod. de Pact. tunc enim, cum tertio relinquatur liberam testandi facultatem; nec robur inconcussum capiar, nisi si manserit constans in sua voluntate usque ad mortem: cessare videtur ratione, propter quas Pactum ejusmodi ceteroquin prohibetur. Vinn. d. l. n. 8. Gletle n. 4. Si tamen respiciamus ad observantiam no- 213 fini temporis, ubique ferè locorum omnis generis Pacta de successione hereditaria pro-llicitis & validis habentur, veluti notatum reperies in seg. tract. de Success. heredit. p. 2. cap. 4. num. 23. simulque per totam sect. 2. de natura Pacti, hereditatis renuntiatorii, disser-tationem nostram invenies.

§. IV.

Quanam facta in Pactum aut Contractum rectè veniant?

214 **F**ACTA vel affirmativa sunt, quae consistunt in faciendo; vel negativa, quae consistunt in omitendo. Utraque, ut rectè veniant in Pactum aut Contractum, possibilis sunt, oportet, tam physicè per cap. nemo 6. de R. J. in 6. quam moraliter cap. ult. de Pact. l. ge- 215 neraliter 26. l. veluti 27. in pr. ff. de V. O. Hinc à Pacto & Contractu excluditur factum inhonestum, & nominatim pro nullo reputatur Pactum, quò dolus aut delictum futurum remittitur l. si unus 27. §. 3. & 4. ff. de Pact. quia 216 censetur ad delinquendum invitare, Quòd si delictum aut dolus jam praeterierit, non im-probat Pactum, quò remittitur actio de do-lo vel delicto d. l. si unus 27. §. 4. quia post do-lum aut delictum admissum non datur occa-sio delinquendi. Gletle de Pact. cap. 5. num. 31. 217 Minus licitum aut obligatorium est Pactum, quò positivè quis obstringitur ad delinquen-dum, veluti si Titio des aliquot florenos, ut

Sempronium vulneret, aut occidat: quippe cum facta, qua laedunt pietatem, existimationem, reverentiam nostram, & qua gener aliter contra bonos mores sunt, nec favore nos posse credendum sit l. filius 1. §. ff. de Condit. instir. Si tamen vi Pa- 218 cti delictum jam acciderit, potest delinquens petere pecunias sibi promissas arg. l. idem si 4. §. 3. ff. de Condit. ob turp. vel injust. caus. P. Pirhing ad rit. de Pact. n. 27. Clariff. P. Schmalz-grueber ibid. n. 19. non quidem vi Pacti ante-cedentis, quòd caruit effectu; sed vi facti consequentis, per quòd initium sumpsit Contra-ctus innocuus, cujus ea est natura, ut, qui factum ex sua parte adimplevit, possit alterum compellere, ut & ipse faciat, aut det, quòd promittit per l. natur alis 5. §. 3. ff. de P. V. Si factum alioquin honestum, sed alienum 219 sit, distinguendum est, utrum solitarie promittatur; an insuper factum proprium anne-ctatur, veluti si Titio promittas, te curaturum, ut

ut Sempronius ipsi praedium suum vendat. Primò casu non inducitur obligatio §. si quis 3. Instil. de Instil. stipulat. l. inter stipulantes 83. in pr. ff. de V. O. Nec enim obligatur persona promittentis: utpote quam obligare non voluit; nec obligatur persona tertii, quam obli- 220 gare non potuit ex num. 139. Alterò casu

producit obligatio ex parte promittentis, vel ad impendendam curam & diligentiam, ut factum ponatur à tertio, si se simpliciter obli-gaverit d. §. si quis 3. vel etiam ad satisfactio-nem & interesse praestandum propter factum non secutum, si periculum in se susceperit arg. l. stipulationes 72. in fine pr. ff. de V. O. Gletle d. l. n. 30.

§. V.

An, qui factum promissit, id praecise teneatur praestare; nec offerendo, quòd interest, liberetur?

221 **T**Res sententiae in praesenti quaestione re-periuntur. Prima est Fachinei lib. 2. controvers. cap. 30. negantis; secunda Harp-rechti ad pr. Instil. de V. O. n. 59. distinguen-tis inter factum praegnans, quò promittitur, traditio rei; & simplex, quò nudum factum promittitur; ita ut factum praegnans, non item simplex, praecise sit praestandum; tertia af-firmantium, Haunoldi de J. & J. tract. 9. num. 47. & seqq. Zoëlii ad rit. ff. de V. O. n. 53. D. Gletle de Pact. d. cap. 5. num. 21. Clariff. D. Franz ad rit. Instil. de V. O. num. 45. 222 Sententia tertia praefertur aliis, & probatur efficaciter I. ex regula, in lumine naturae funda-ta, atque in hujusmodi editi. in pr. ff. de Pact. l. hinc editio 1. in prin. ff. de Pecun. constitut. firmata, quòd ea, quae mutuo datà placuerunt fi-de, sint adimplenda: cum grave sit, fidem fallere. Ergo, qui factum quaequecumque simpliciter 223 promissit, id praecise teneatur praestare, nec libe-ratur, si offerat interesse. II. id ipsum cla-rè supponitur tum in Jure Canonico in cap. Arigonis 1. & cap. qualiter 3. de Pact. ubi jubetur ea, quae promittuntur, absque discrimine, adimpleri: tum in Jure Civili, ubi non solum factum praegnans seu res promissa jubetur praestari §. sed & 1. Instil. de Empt. Vend. l. ubi ante-tem 75. §. ult. ff. de V. O. l. si quis 31. §. ult. Cod. de Donat. rit. 26. §. si facta Vend. 2. sed etiam simplex l. naturalis 5. §. 2. ff. de P. V. l. diligen-ter 5. in pr. §. 1. & 2. l. idemque 10. §. 3. ff. Man-

nem illius, quòd interest, se liberare: quae & alia cum admitti nequeant, nec sententia, quae tanta progenerat absurda, potest admitti. Dices: inconveniens esse, ut homo liber, 225 qui factum simplex spondit, ad factum praestandum, cum detrimento libertatis, compellatur: indeque in l. Titio centum 71. §. 2. ff. de Cond. & Demons. constitutum haberi, quòd, si legatum alicui relictum sit, ut à monumento legantis non recedat, vel ut in illa civitate domicilium habeat, non sit locus cautioni, per quam jus lib-ertatis infringatur. Resp. non inconve- 226 niens, sed juxta l. hujusmodi editi 1. in pr. ff. de Pact. nihil tam congruum esse humane fidei, quam ea, quae placuerunt, servare; non attendit, quòd praetenditur, libertatis detrimento: quippe cum conventiones ad hoc introducantur noscantur, ut producant jus efficac, cujus virtute quis contra libertatis appetitum ad aliquid facien-dum adstringatur, inducitur spontè libertatis vinculo, quò incipit esse necessitatis, quòd antehac erat liberae voluntatis l. si centum 71. §. Cod. de O. & A. Ad cit. l. Titio centum respon- 227 deri potest, ex benigna legis interpretatione posse quem consueque legatum, cum onere perpetuo, ne à monumento vel civitate recedat, relicto, absque cautionis praestatione: quia nimium rigidum & grave est, spe exigui lucelli, quòd habetur ex legato, libertatem mutandi domicilium abdicare; cum tamen subinde non levia motiva domicilii mutationem exposcant.

III. confirmatur eadem sententia per absurda contrariae sententiae: nam, si ob-strictus ad factum, satisfaceret, praestandò, quòd interest, posset sponsum à sponsalibus pro-lubito recedere, & quòd interest, praestare: posset famulus, Advocatus, Medicus, Officia-lis, cujus opera per annum est conducta, alium substituere, vel, quòd interest, solvere: posset va-sallus in feudo, quò non petitam investitu-ram, vel colonus in emphyteusi, ob non-solu-tum canonem, à poena caducitatis per solutio-

Reliquos textus, in contractum afferri soli- 228 tos, ex l. si factum 12. ff. de Act. empti l. si quis 13. §. 1. ff. de Re judic. l. si panam 68. l. stipulatio-nes 72. ff. de V. O. unica responsio possumus enervare, dicendò, quòd, dum solutio-nem ejus, quòd interest, factò non positò, concedunt, supponant casum, quò debitor culpabilem in praestando moram admittit: tunc enim, si creditori non amplius expedit, urgere factum, debitorem ad interesse obstrictum habet.

SECTIO V.

De Forma Pactorum & Contractuum.

SUMMARI A.

229. Attingitur forma Pactorum & Contractuum. 230. & seq. Explicantur substantialia. 232. & seqq. Explicantur solennia. 236. Exprimuntur accidentalia. 237. & seq. Describitur conditio proprie dicta. 239. Eius signa-

240. & seqq. Describitur conditio potestativa cum suo effectu. 243. Describitur conditio casualis. 244. Describitur mixta. 245. & seqq. Tractatur de condicione possibili & impossi-bili. 248. & seq. Agitur de suspensione & resolu-tione.

lucra. 250. & seqq. *Disquiruntur de Conditione impropria.* 254. *Notatur tacita.* 255. *Ad manum sumitur dies certus.* & 256. & seqq. *Incertus.* 259. & seqq. *Diversus modus adjuvandi diem certum.* & *diversus effectus.* 265.

Explanatur modus. 266. *Illius differentia a conditione.* 267. & seq. *Illius effectus.* 269. *Illius possibilitas.* 270. & seqq. *Exponitur causa & ejus effectus.* 273. & seqq. *Dilucidatur demonstratio & ipsius effectus.*

§. I.

Quenam sit Forma Pactorum & Contractuum?

- 229 **I**n forma Pactorum & Contractuum, juxta elegantem doctrinam P. Engel ad tit. de *Pact. num. 14.* quatuor præcipue considerari possunt: nempe, quæ Pactis & Contractibus sunt substantialia; quæ naturalia; quæ solennia; & quæ accidentalia. *Substantialia* sunt, sine quibus nec esse, nec concipi potest Pactum aut Contractus. Hæcque alia sunt generica, ac cuique Pacto & Contractui communia; quod pertinet consensus mutui, ac signis externis sufficienter manifestatus: nam, sicut Jus Proprietatis, tanquam præcipuus & formalis effectus Pacti vel Contractus, non potest confulgere, quin per consensum mutuum, externò signò abundè declaratum, duæ voluntates moraliter inter se conneclantur, uti traditum est in *priori tract. de Jure Propriet. cap. 1. §. num. 52. & §. num. 69.* ac supra in definitione Pacti repetitum: ita sine consensu mutuo, externò sensibili, nequit Pactum aliquid vel Contractus consistere. *Alia* sunt *specificæ*, ac singulis Pactis aut Contractibus propria; cujusmodi est merx & pretium in emptione-venditione; res vel operæ ac merces in locatione-conductione; traditio rei fungibilis cum ejusdem restitutione in genere in mutuo.
- 232 **Naturalia** dicuntur, quæ proprietatem adinstitant adherent Pacto vel Contractui, eidem insunt, & inesse præsumunt, nisi per speciale Pactum (cujus probationem is, qui contra-

riam asserit, in se tenetur suscipere) tollantur aut minuuntur. Sic v. g. emptioni-venditioni connaturalis & propria est obligatio ad præstandam evictionem; nec potest venditor eam obligationem detrectare, nisi specialem conventionem, quæ removerit à se præstationem evictionis, demonstrare valeat. *non dubitatur 6. Cod. de Evictionib. ubi Brunemann. num. 4.* Sic restitutio rei fungibilis, in eadem dem qualitate facienda, mutuo propria & connaturalis est; nec sublata præsumitur, usque dum singulare Pactum probetur. *l. cum quid 3. ff. de R. C.*

Solennia vocantur, quæ requiruntur ad modum & ritum contrahendi; eaque quandoque sunt *intrinsecæ*, & quasi in substantialia transeunt, velut in Contractibus alienationis rerum Ecclesiasticarum est consensus & subscriptio Capituli; in Contractu matrimoniali testium & Parochi presentia; in donatione immo-dica infinuatio ad Adæ: quandoque sunt *extrinsecæ*, & salvæ cæterorum negotii substantia, licet non possunt omitti, sicut trina denuntiatio, matrimonio præmittenda.

Accidentalibus nominantur, quæ possunt abesse vel adesse, citra substantiæ vel naturæ corruptionem; adesse tamen non præsumuntur, nisi ex peculiari contrahentium dispositione expressa comprobentur; cujusmodi sunt adjectio conditionis, diei, modi &c. de quibus proximè.

§. II.

Quid & quotuplex sit Condicio?

- 237 **C**onditio potest accipi proprie vel improprie. *Condicio propria* accepta describitur à Baldo in *rubr. tit. de Conditi. & demonstrat.* apud Emmanuelem Gonzalez in *cap. quicunque 1. de Conditionib. appof. n. 4.* quod sit adjectio apposita, vel subintellecta, per quam dispositum in suo esse habet existentiam, vel defectum. *Clarius & expeditius* describitur à Philiberto Bruffello in *tract. de Conditionib. lib. 1. tit. 1. n. 1.* Lauterbach ad *tit. ff. de Pact. §. 70.* & D. Gletle de *Pact. cap. 6. num. 8.* quod sit qualitas, negotii adjecta, quæ illius vis in futurum eumque incertum eventum.
- 235 **S**uspensitur. *Ejus signa distinctiva & cognoscitiva* sunt particule: *si, cum, nisi, postquam &c.* si per verba futuri temporis exprimentur; vel etiam duo ablativi, absolute ac dispositivè positi. Latè Bruffellus *d. lib. tit. 3. §. num. 1.* qui tamen in *num. 38.* monet, de ablativis, absolute positis, certam regulam dari non posse. Lauterbach *cit. §. 70.*
- Dividitur I. in potestativam, casualom, & mixtam. *Potestativa* dicitur, cujus eventus unice pendet à potestate hominis, implere debentis; velut si tibi 100. promittam, ubi fratrem meum Principi commendaveris; aut domum meam custodiveris. Et hæc subinde confertur in arbitrium tertii, qui, si certa ac determinata persona sit, v. g. promitto tibi honorarium, quando & quantum Titius fuerit arbitrat &c. sustinetur; secus, si persona fuerit incerta & indeterminata per *§. sed & certum 1. Instit. de Empt. Vend.* ubi Harprecht *n. 13. l. si merces 25. in pr. ff. Locati cond. l. ult. Cod. de Contrahenda empt.* ubi Brunemann. *num. 1.* Subinde confertur in 224

cum arbitratu fuero; vel promitto tibi centum, ubi Capitolium ascendero. *hæc venditio 7. in pr. ff. l. in vendentis 13. Cod. de r. l. si cum 3. Cod. 243 de Dot. promiss.* Gletle de *Pact. d. cap. 6. n. 16. & 2. seqq.* Bruffell. *d. l. n. 30.* *Casualis* dicitur conditio, cujus impletio dependet à futuro quodam evento; & ista affirmativè semper adijci potest v. g. vendam tibi prædium, si pax fuerit conclusa; negativè autem non aliter potest adijci, quam si ex circumstantia temporis vel personarum sufficientem habere certitudinem valeat v. g. dono tibi 50. si pax hoc annò non fuerit conclusa. Gletle *cit. cap. 6. num. 20. & seqq.* D. Franz ad *tit. de V. O. 244 num. 68.* *Mixta* dicitur conditio, quæ partim ex nostra potestate, partim ex casu & eventu futuro dependet; v. g. locabo tibi prædia, si Romanus in mei gratiam perrexerit: hæcque nihil in effectu differre videtur à conditione casuali.

245 **D**ividitur II. Conditio propria in possibilem & impossibilem. *Possibilis* est, cui neque natura, neque factum, neque Jus obstitit, quò minus eveniat. *Impossibilis* vel est talis à natura, cujus existentia repugnat viribus naturæ, v. g. dabo tibi 1000. si lunam celo detraxeris, aut hircum cervum occupaveris; vel à facto, si repugnet adimpletio solum de facto, v. g. si homini plebejo & pauperi dicatur, promitto tibi 1000. si Regnum Hispaniæ possederis; vel à Jure, quando Jus prohibet, ne aliquid fiat v. g. solvam tibi 100. si domum Titii combuseris.

Conditio impossibilis non potest adijci Pacto vel Contractui affirmativè (si matrimonium, de quo legendum *cap. ult. de Condition. appof. excipias*) quin plane reddatur nullum *§. si impossibilis 11. Instit. de Instil. stipulat. l. non solum 31. ff. de O. & A. Duranus in tract. de Condition. p. 2. cap. 1. num. 44. & seqq.* nisi conditio sit impossibilis de Jure, ac in pœnam apposita fuerit v. g. spondeo ne mihi centum, si hortum meum devastaveris? *Lex ea parte 121. §. 1. ff. de V. O. Bruffell. lib. 4. tit. 2. num. 1.* Negativè potest adijci v. g. iste equus sit tibi venditus, si à furto, rapina, vel adulterio abstineris; si celum non tetigeris &c. ita ut statim negotium propuro & absolute repuaretur *d. §. si impossibilis 11. in fin.* quia cujus affirmatio est impossibilis, illius negatio est necessaria. Harprecht ad *d. §. num. 6.* Gonzalez ad *cap. ult. de Condition. appof. n. 5.*

248 **D**ividitur III. Conditio propria in suspen-

sivam & resolutivam. *Suspensiva* est, quæ suspendit effectum negotii, donec exiit eventus, in conditione positus v. g. vendam tibi palatium, si filium aut nepotem meam in uxorem acceperis. *Resolutiva* est, quæ non suspendit effectum negotii, sed eousque purum & absolute relinquit, usque dum eventus, in conditione positus, exiit v. g. fundus sit tibi venditus; si tamen intra tres menses alius mihi solverit majus pretium, fundus sit inemptus. *Vid. l. 1. ff. de Adit. in diem, & de Lege Commissor. Lauterbach ad tit. ff. de Pact. §. 78. Bruffell. d. lib. 4. tit. 5. per tot.*

Conditio impropria dicitur, quæ quidem externam conditionis speciem ac figuram præferat, ejus tamen vim ac potestatem non habet; vel quia eventus non amplius est indifferens ad existendum, uti contingit in conditione de presenti, v. g. spondeo catenam auream, si nobilis es; & in conditione de præterito, v. g. spondeo tibi annulum, si sponsalia jam contraxisti: vel quia eventus necessarius & infallibiliter erit ponendus in futurum v. g. proficiscar in tui gratiam Viennam, si cras sol ortus fuerit. *Conditiones*

prioris formæ vel sitam negotium efficiunt validum, si supponantur existere, vel statim invalidum, si defecere supponantur *§. conditiones 6. Instil. de V. O. l. conditio 100. ff. eod. l. cum ad presen. 37. cum 2. seqq. ff. de R. C. Gonzalez ad cap. quicunque 1. de Conditi. appof. n. 4.* Bruffell. *d. l. tit. 4. num. 1.* Conditio posterioris formæ negotium illicò relinquit absolute validum *l. si pupillus 9. §. 1. ff. de Novat. lib. 1. nam si 17. l. quod si 18. ff. de Conditi. indeb. l. necessario 8. §. 1. ff. de Peric. & comm. rei vend. Gonzalez d. l. n. 5.* Bruffell. *tit. 3. n. 1.* Nisi contra-hentes illius necessitatem ignoraverint, veluti potest evenire in hac conditione, si hoc anno futura esteclipsis: tunc enim effectus suspenditur, usque dum eventus necessitas cognoscatur. D. Gletle de *Pact. cap. 6. n. 40.*

Speclant huc quoque conditiones tacite, quæ scilicet insunt negotio vel ex natura rei, v. g. si confenseris; vel ex dispositione Juris, v. g. si præsteris evictionem: cum enim necessitatem habeant ad existendum, negotium pro puro & absolute habetur *l. conditiones 99. ff. de Cond. & dem. l. Titio 22. §. 1. ff. Quando dies leg. l. interdum 73. in princ. ff. de V. O. Gonzalez d. num. 5.* Lauterbach *d. l. §. 71.* Conferatur Bruffell. *lib. 2. tit. 1. per tot. præsertim in num. 56.*

§. III.

Quid & quotuplex sit Dies?

- 255 **D**ies aut certus est, aut incertus. *Certus* est, de quo constat, an & quando sit exiturus, v. g. solvam tibi 100. mutuo datos 256 proximis calendis Augusti. *Incertus* est, vel simpliciter talis, de quo scilicet nec constat, an, nec etiam liquet, quando sit exiturus, v. g. promitto tibi 100. cum Titius sponsalia contraxerit cum mea sorore; qui proinde simpliciter æquivaleret conditioni possibili de futuro contingenti *l. talis scriptura 30. §. 4. ff. de Legat. 1.* Vel secundum quid talis, de quo nempe vel non habetur certitudo, an sit exiturus v. g. promitto tibi 100. cum Sempronius pubertatem attigerit; aut ignoratur, quando sit exiturus, v. g. 100. dabo, cum morior, aut cum morieris. *Dies incertus quo-*

ad questionem an æquiperatur conditioni possibili de futuro contingenti l. si Titio 22. in pr. ff. Quando dies legat. Dies incertus quoad questionem quando vim conditionis non habet, sed exæquatur diei certo...

259 Dies certus in Pacto vel Contractu interdum adicitur tanquam terminus, a quo incipit obligatio, non quidem in actu primo & quoad facultatem agendi vel exigendi, sed in actu secundo, & quoad efficaciam actionis vel exactionis...

quando jam existit, dicitur venire, quod juxta d. l. idem significat, ac cum dictum venisse, quod pecunia peti possit. Conferatur Gletle de Pat. d. cap. 6. n. 42.

Interdum dies adicitur tanquam terminus ad quem, v. g. promitto tibi 100. annuos, quoad vives, vel quod vivam, vel usque dum majorennis evaseris...

Interdum adicitur dies nec per modum termini ad quem, nec per modum termini a quo, sed potius tanquam terminus, intra quem obligatio executioni est mandanda...

§. IV.

Quid & quotuplex sit Modus?

265 Modus est gravamen aliquod, dispositioni jam completa superadditum, atque præstandum in tempus futurum. Solet communiter exprimi per particulam ut v. g. vendo tibi pro 1000. florennis ædes meas...

quatenus pars altera non dat absolute suum consensum in Pactum aut Contractum, sed si compar in gravamen adjectum consensit: id est, dum consensus in gravamen deficit, deficit quoque consensus in Pactum aut Contractum.

Sin gravatus ab initio quidem in modum consensit, sed, absolute jam negotio, gravamen aut onus implere recusat, id, quod datum est, vel conditione causa data causa non secuta, vel utili rei vindicatione potest repeti.


266 Differt à conditione principaliter in eo, quod relinquit dispositionem validam ac absolutam l. cum ab eo 41. in pr. ff. de Contrab. emp. l. libertas 17. §. 3. ff. de Manumiss. rest. solùmque producat obligationem reciprocam, ut, qui gravatus est modò, vicissim quid præster, ac eò nomine cautionem interponat per l. ipsulum 58. §. 2. ff. Locari cond. l. quibus diebus 40. §. ult. ff. de Condit. & demonstr. Magnif. D. P. Pettefchacher de Contract. in comm. q. 6. art. 4. num. 1070. Duranus d. cap. 1. n. 3. qui in n. 4. & seqq. ex hac differentia permutas sequelas deducit.

Oportet autem, ut modus sit possibilis natura, factò, & jure. Nam modus, qualitercunque impossibilis, sicut non potest obligationem inducere, sic habetur pro non-adjecto; nisi substantia negotii repugnet, quò casu negotium per adjectionem modivitiatur per l. per servum 14. §. 1. ff. de Usu & habit. l. si ut preponis 2. l. distam 8. Cod. de Condit. ob causam dator. l. cum donationis 34. Cod. de Transact. P. König ad tit. de Cond. apposit. n. ult. P. Pettefchacher cit. l. n. 1075. Duranus cit. l. cap. 2. num. 1. ubi hanc sententiam appellat communem, & sententiam contrariam, à Sarmiento defensam, & in num. 2. relatam, num. 3. & seqq. confutat.



§. V.

Quòd si gravatus in Pactum aut Contractum consentiat, sed quoad modum dissentiat, Pactum aut Contractus non valet: quia, tamen si modus à conditione diversus sit, attamen Pactum aut Contractus tatenus saltem censetur esse conditionatus,



§. V.

Quid sit Causa & Demonstratio?

270 Causa est motivum, quò partes ducuntur aut impelluntur ad paciscendum vel contrahendum; ac plerumque effertur per particulam quia; v. g. quia curasti mea negotia, aut filium meum Sempromio commendasti, aut filium meum Sempromio commendasti, aut filium meum Sempromio commendasti, aut filium meum Sempromio commendasti...

271 10. aureos tibi dono. Hæc, si deficiat, & falsa deprehendatur, resolvit negotium, ex causa celebratum, juxta regulam in cap. cum cessante 60. de Appellat. quòd cessante causa cesset effectus. Panormit. ad cit. cap. num. 2. Nisi constet aliunde de mente & intentione paciscentium. Idem Panormit. in cap. quia...

272 circa 6. de Consang. & aff. n. 6. Ex quo relucet discrimen inter Pacta & actus ultimæ voluntatis: hi enim non frustrantur effectu, tamen si subit falsitas causæ §. longè magis 31. Inst. de Legat. l. cum tale 72. §. ult. ff. de Condit. & demonstrat. præterquam si probetur ex adver-

so, causam illam existisse finalem, ejus falsitate præcognita defunctus nihil reliquisset l. verba 1. Cod. de Falsa causa adjecta & c. Lauterb. ad tit. ff. de Cond. & demonstr. §. 15.

Demonstratio est appositio signi, quò per 273 sona vel res, cum qua vel de qua Pactum aut Contractus initus, designatur, sumptò hunc in finem ordinariè relativò qui, qua, quòd v. g. Titio, qui meus patrinus est, dono hunc librum; hortum, qui vicinus est meis ædibus, loco & c.

De hac regula traditur, quòd, licet in rei veritate non subsistat, negotium tamen, cui apponitur, valeat, dummodò de re vel persona, quam afficit demonstratio, aliunde constet per l. demonstratio 17. in pr. l. falsitas demonstratio 32. in princ. ff. de Condition. & Demonstrat. P. König ad tit. de Condition. apposit. num. 28.

SECTIO VI.

De Effectu Pactorum & Contractuum.

SUMMARI A.

275. Effectus Pactorum & Contractuum test obligatio. 276. Debitori ad solvendum aliquod temporis spatium est concedendum. 277. & seq. Explicatur effectus Pacti vel Contractus conditionati. 279. & seq. Explicatur, quid operetur dies. 281. Ad effectum pertinet præstatio alicuius, culpa, & casus. 282. Describitur dolus. 283. & seq. Describitur & avidebitur culpa in latam, levem, levissimam. 290. Describitur casus. 291. Regula de dolo. 292. & seq. Regula de culpa. 296. Regula de ca-

su. 297. Doctrina practica. 298. Ad effectum etiam pertinet actio personalis. 299. & seq. Afferuntur, & dilucidantur illius prædicat. 308. Obligatio & actio transiunt ad heredem actiòe & passivè. 309. & seq. Qualiscunque sit. 315. Adactur limitatio. 316. & seq. Actio quandoque transiit ad alios. 327. Ad effectum etiam reducitur interpretatio. 328. & seq. Adactur regula interpretationis. 331. & seq. Explicatur cap. 57. de R. J. in 6. 336. Solvitur l. 29. ff. Locati.

§. I.

De Obligatione, quæ consurgit ex Pacto vel Contractu.

275 Effectus immediatus & principalis cuiuscunque Pacti vel Contractus est obligatio dandi, præstandi, faciendi, vel omittendi, quod promissum est, jure Naturali non minus quam positivò id exigente ex num. 56. Et quidem si Pactum vel Contractus sit purè celebratus, nec die nec conditione quòdam adjecta, illicò, quod promissum erat, debetur §. omnis stipulatio 2. Inst. de V. O. l. cum qui 41. §. 1. ff. eod. l. in omnibus 14. ff. de R. J. Quod tamen, ut dicitur in l. quod dicitur 105. ff. de Solution. cum aliquo temperamento temporis intelligendum est, ut nempe non statim cum sacro creditor veniat, sed promittenti seu debitori modicum, tantumque ex Judicis arbitrio tempus relinquat, intra quod solutionem commodè possit expedire l. ratum 13. ff. d. l. continuis 157. §. 2. ff. de V. O. Harpprecht ad cit. §. omnis stipulatio num. 3. & 4. Haunold de F. & F. tract. 8. n. 250. P. Pettefchacher de Contract. in comm. quæst. 6. art. 1. n. 976.

Quòd si Pactum vel Contractus adjectam habeat conditionem de futuro contingenti, vel diem incertum, conditioni æquivalentem, ante conditionis aut diei existentiam non alia nascitur obligatio, nisi quòd promissor expectare teneatur existentiam conditionis aut diei, nec potest unus, alterò invitò, recedere à priori Pacto vel Contractu per l. si vinum 1. §. 1. l. necessario 8. in pr. ff. de Peric. & com. rei vend. l. ususfructus 26. ff. de Stipulat. ser. v. Brunel de Condition. lib. 2. tit. 1. num. 11. & seqq. Haunold cit. l. n. 300. Gletle de Pat. cap. 6. num. 23. Lauterbach ad tit. ff. de Pat. §. 78. Quamprimum verò ponitur conditio, vel dies existit, obligatio censetur esse pura & absoluta, non demum ab illo tempore, sed retrò à die initæ conventionis d. l. necessario §. in pr. ff. de Peric. & comòdo & c. l. hac venditio 7. in pr. ff. de Contrab. emp. l. potior 11. §. 1. ff. Qui patior. in Ignore & c. adeò ut novò consensu paciscentium opus non sit. Gletle d. l. num. 33. P. Schmier JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

Pettſchacher cit. quafi. 6. art. 3. à num. 1059. Haunold cit. tract. n. 298. & ſeqq. Bruſſel d. l. tit. 3. à n. 1.

279 Sin Pactum vel Contractus annexum habeat diem certum per modum termini à quo, res quidem juxta num. 269. ante existentiam diei nec ſolvi debet, nec efficaciter poteſt exigi: mox autem, ac dies exiſtit, creditore etiam non petente vel interpellante, debitor in mora conſtituitur, ac dies pro homine dicitur interpellare cap. ult. de Loc. cond. l. trajecticia 23. ff. de O. & A. l. magnam 12. Cod. de Contrab. &

committ. ſtipulat. In quo differentia nonagæ exigua cenſitur inter diem & conditionem: nam exiſtentia conditionis debitore non ſtatim in mora conſtituit per l. quod dicimus 105. ff. de Solutionib. ſed, ſicut obligatio, quæ pure contrahitur ab initio, relinquendo ſpatium ad id vendendum ex num. 276. ſic etiam exiſtentia conditionis: utpote quæ ex num. 278. facit negotium purum, illudque retrotrahit ad tempus inſitæ conventionis. Bruſſel. d. tit. 3. n. 7. Haunold cit. r. 8. n. 294. Pettſchacher cit. q. 6. art. 3. n. 1045. Gletle cit. cap. 6. n. 31.

§. II.

De Præſtatione doli, culpæ, & caſus.

281 EX obligatione, quam inducit Pactum & Contractus, ſequitur præſtatio doli, culpæ, & caſus, hoc eſt, reſarcitio & reparatio damni, quod contra obligationem, quæ alteri quis obſtrictus eſt, dolo, culpâ, vel caſu inferitur. Ubi proinde

282 Sciendum eſt I. per dolum, de quo in ſcã. ſeq. §. 3. intelligi machinationem, ſive ſtudioſam & exquiſitam intentionem, alterum lædendi per l. Juris Gentium 7. §. 9. ff. de Pati.

283 Sciendum II. per culpam designari omiſſionem diligentia debite, quando ſcilicet quis facit, quod facere non debuiffet, aut omittit, quod facere debuiffet l. qui non facit 121. ff. de R. F. germanicè Fahrſſigkeit / Unachtsambheit / Nachläſſigkeit / Schuld / Verſehen / Miſſhandlung. Struv. exercit. ad pand. 19. th. 15. Miller ibid. lit. a.

284 Sciendum III. culpam à quibusdam in plures, à potioribus autem in tres gradus diſtingui, videlicet in culpam latam, levem, & leviſſimam. Culpam latam (quæ etiam vocatur laxior, nimia, magna, craſſa, ſupina, gravior, diſſoluta, maniſeſta, dolo proxima &c. l. quod Nerva 32. ff. Depoſ. l. ſi ſidejuſſor. 29. in princ. ff. Mand. l. nec ſuprà 6. ff. de Jur. & facti ignor. l. homo liber 54. §. 2. ff. de A. R. D. l. obligationes 1. §. 5. ff. de O. & A. l. cedere 213. §. 2. l. magna 226. ff. de V. S.) eſt omiſſio diligentia communis, quam adhibet quilibet paterfamilias,

285 quantumvis parum diligens; velut ſi quis non clauderet de nocte fenestras vel janam domus, per quam de plano intratur; aut ſi caupo vel alius rem habeat in cubili vel loco, quem peregrini & hoſpites qualescunque ſolent accedere. Culpam levis (quæ non nonquam ſub vocabulo culpæ ſimpliciter intelligitur l. ſi ut certo 5. §. 2. ff. Commod. l. contractus 23. ff. de R. F.) eſt omiſſio diligentia mediæ, quam homines diligentiores, ejuſdem conditionis & profeſſionis, in ea re impendunt; ſicut ſi quis noctu habeat apertas fenestras altiores, per quas, admotis ſcalis, in domum veniri poteſt; aut ſi quis rem habeat in ciſta non clauſa, atque in loco pervio, vel à pluribus æque notis acignotis frequentatâ.

288 Culpam leviſſimam eſt omiſſio diligentia maximæ & ſummæ (quæ ſubinde vocatur exacta ſitem 2. Inſt. Q. M. R. C. O. ſubinde vocatur ſimpliciter diligencia vel cuſtodia l. ſi ut certo 5. §. 5. ff. Commod. d. l. contractus 23. ff. de R. F.) quem diligentiffimi patresfamilias adhibere ſolent; ſicut ſi quis nocturno tempore clauderet quidem fenestras, illas tamen, quæ magis ab hominum conſpectu remotæ ſunt, peſſulis, clathris, aut perticis ferreis non munitur; vel ſi quis janam aut ciſtam occluderet, ſed, an bene ſit occluſa, non terneret. Sciendum IV. caſum fortuitum (quem variè deſcribunt Jura, & fortunam, factum, fatum, vim magnam, majorem, & Divinam, aut etiam periculum appellat per textum in ſ. item 2. Inſt. Q. M. R. C. O. l. verum 11. §. 5. ff. de Minorib. l. ſi ut certo 5. §. 4. ff. Commod. l. ſi in Aſia 12. §. 1. ff. Depoſ. l. ſi mercet 25. §. 6. ff. Locati cond. l. ſi gratiam 17. §. 4. ff. de P. V. l. in ordinem 1. §. 11. ff. de Magiſtr. ar. conveniend.) definiunt, quod fit inopinatus rei eventus, qui nullâ humanâ diligentia prævideri vel præcaveri poteſt, velut eſt furta, rapina, tempeſtas, incendium ex fulmine, ventorum impetus, mors animalium, incurſus hoſtium, aquarum inundatio &c. His pro ſcientiâ præmiſſis,

Dico I. Dolus in omni Pacto vel Contractu præſtatur. Textus in l. Contractus 23. ff. de R. F. Indèque paulò ſuperius in n. 215. concluſimus, ne quidem valere conventionem, quâ dolus futurus remittitur.

Dico II. Culpam latam in omni Pacto vel Contractu: eſt enim dolo proxima, doloque in caufis civilibus exæquatur l. ſi ut certo 5. §. 2. ff. Commod. l. adverſus 1. §. 1. ff. Si meſſor falſ. mod. dix. l. quod Nerva 32. ff. Depoſ. l. obligationes 1. §. 5. ff. de O. & A. Dum autem Contractus reſpicit tantum utilitatem illius, qui minus principaliter obligatur, & alterum principaliter obligatum habet, ſola præſtatur culpa lata d. l. ſi ut certo 5. §. 2. d. l. obligationes 1. §. 5.

Dico III. Culpam levis præſtatur in illis negotiis, quæ non ſolum unius, ſed utriusque contrahentis utilitatem reſpiciunt. Textus in cit. l. ſi ut certo 5. §. 2. & l. in rebus 18. in pr. ff. ar. ſi &c. ff. Commod.

Dico IV. Culpam leviſſimam præſtatur in negotiis, quæ reſpiciunt utilitatem illius tantum, qui principaliter eſt obligatus. Textus

tus in d. l. ſi ut certo 5. §. 2. & d. l. in rebus 18. in pr. ff. Commod.

296 Dico V. Caſus fortuitus à nemine præſtatur d. l. ſi ut certo 5. §. 4. & 7. d. l. in rebus 18. in princ. præterquam ſi quis ſpecialiter in ſe caſum fortuitum receperit l. depoſitum 1. §. 35. ff. Depoſiti l. ſi quis 9. §. 2. ff. Locati cond. aut ſi caſum præceſſerit culpa vel dolus §. item 2. Inſt. Q. M. R. C. O. aut ſi mora culpabilis fuerit admiffa cap. un. de Commod. l. ſi in Aſia 12. §. ult. ff. Depoſ. aut denique res æſtimatõ fuerit data, æſtimatiõne venditiõnem faciente d. l. ſi ut certo 5. §. 3. ff. Commod.

rit data, æſtimatiõne venditiõnem faciente d. l. ſi ut certo 5. §. 3. ff. Commod.

Hæc ita dicuntur in genere. In ſpecie autem & in caſu particulari culpæ determinationem ad æquum & bonum reducendam, ac prudentis Judicis arbitrio relinquendam eſſe, ut ille ſecundum circumſtantias negotii, prout hoc majorem vel minorem diligentiam exigit, & perſonæ conditionem, prout in ſuis negotiis diligens eſſe ſolet, arbitratur Stryek id iſtu mod. Pand. ad tit. Commod. §. 12.

§. III.

De Productione Actiõnis.

298 EX obligatione, tanquam immediatõ effectu cujuſcunque Pacti vel Contractus, conſequitur effectuſ remotus, ſeu actio, quam conformiter dictis in tract. de Jure Proprietar. cap. 1. n. 121. deſcribere poſſumus, quod ſi jus perſequendi rei exigendi poſitionem vel omiſſionem illius ſeu vel actus, ad quam alter in commodum noſtrum eſt obligatus.

299 Prædicata hujus actionis ſunt I. quod ſit perſonalis: cum enim oriatur ex obligatione, quâ paſſivè & immediatè afficitur perſona, debet eſſe perſonalis: cui conſequens eſt, quod ſolas perſonas contrahentes afficiat, nec ad extraneas extendatur l. actionum 25. in fine pr. ff. l. penult. Cod. de O. & A.

300 II. quod ſit Civilis: quia plerique Contractus à Jure Civili ſaltem recepti ſunt, retentâ vi producendi actionem per textum in l. Juris Gentium 7. §. 2. ff. de Pati. l. in commodato 17. §. 3. ff. Commod. Harprecht ad §. de ſiſtã 3. Inſt. de Actiõ. n. 8. & 9.

301 ſit de Actiõ. n. 8. & 9. Nonnunquam tamen actio vocatur Prætoria, ſeu Honoraria, præcipue ſi deſcendat ex Pacto veſtito, quale eſt Pactum conſtitutum, quod Prætor ad actionem generandam ſecundumque §. de conſtituta 9. Inſt. d. r.

302 III. quod ſit rei perſectoria, quâ perſequitur actor, vel creditor, quod ſibi ex patrimonio abeſt l. honorarius 35. in pr. ff. de O. & A. Abeſt autem, quod actoris etiam nunquam fuit, ex cauſa tamen, ad agendum habili, debetur: ſive dſin exiſtat & adſit apud debitorem, ſive non: cum iſe ex Contractu non ſolum compelli poſſit ad rem debitam, penes ipſum extantem, ſed etiam ad damna, quæ intulit rei, & tranſitoria ſunt, reſarcienda, per ea, quæ ſtatim in §. anted. de præſtatione doli, culpæ, & caſus dixi. Confer D. Gletle ad cit. Inſt. de Actiõ. n. 111. & ſeq.

IV. quod ſit perpetua: nam actiones civi-

les eſſe perpetuas, hoc eſt, 30. annis durare; conſtat ex pr. Inſtitut. de Perpet. & temporal. acti. Prætorias quoque, ſi rei perſectionem continent, & actum, alioquin validum, non reſcindant, perpetuas eſſe, colligitur ex eod. pr. Confer tract. de Præſcript. cap. 5. num. 523. & num. 529.

V. quod ſit ſubinde directa, quando videlicet aut Contractus, ex quo manat actio, eſt bilateralis ex ſe; aut ſaltem quando ex Contractu, qui bilateralis ex accidenti ſit, actio movetur ab eo, qui principaliter alium ſibi devinctum habet; ſubinde contraria, quando nimirum ſpectatur actio, quatenus competit ei, qui minus principaliter alterum ſibi obligatum tenet per l. in commodato 17. §. 1. & 3. ff. Commod. Lauterbach ad tit. ff. de O. & A. §. 47.

VI. quod ſit bona fidei vel ſtricti Juris, pro diverſitate Contractus bonæ fidei vel ſtricti Juris, ut dictum in nam. 79. Ab utraque tamen multum eſt diverſa actio arbitraria, in qua Judex, tanquam arbiter honorarius, jubet aliquid fieri, reſtitui, exhiberi, ſolvi, & ſi paritum non fuerit, in gravius condemnat §. præterea 31. Inſtit. de Actiõ. Nam in actione ſtricti Juris magis ligatum eſt Judicis arbitrium, nec poteſt à partium expreſſa conventionione, etiam in caſu contumacia recedere: in actione bonæ fidei laxior eſt Judicis poteſtas, nec tantum præcedente contumaciâ, vel interpoſito præviè arbitrio, ſed abſolutè ex bono & æquo judicare poteſt. Harprecht ad cit. §. præterea num. 20. Struv. exercit. 46. th. 74. Miller ibid. in not.

Competit autem quali- tas actionis arbitrariæ, non actionibus ex Contractu, ſed quibusdam ex delictis & ple- riſque actionibus realibus d. §. præterea 31. ubi Harprecht n. 9. & ſeqq. l. qui reſtituere 68. ff. de R. V. Lauterbach ad tit. ff. de O. & A. §. 8c.

§. IV.

De tranſitu Obligatiõnis & Actiõnis ad hæredes, aut alios.

308 Quamquam obligatio & actio ex num. 295. tanquam perſonalis tantum afficiat perſonas paſſiventes & contrahentes; non tamen excluduntur hæredes, qui, cum ſuccedant in jura deſuncti, tam activa quam paſſiva l. ſi ſi 22. l. hæres in omne 37. ff. pupillum 49.

ff. de Acquir. vel omitt. hered. ac una cum de- functo perſona reputantur l. hæredem 59. ff. de R. F. eandem obligationem & actionem cum deſuncto activè & paſſivè ſubeunt l. ait Prætor 3. §. 7. ff. de Negot. geſt. l. ſed mihi 3. §. 3. ff. Commod. l. in depoſiti 9. ff. Depoſ. l. ex contracti-